



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim**

**Innozenz <III., Papst>**

**Parisiis, 1682**

R. De Bellovidere Camerario & S. de Berov. & S. de Burgo Guarin.  
Canonicis Carnotensibus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-20020**

R. D E B E L L O V I D E R E  
Camerario & S. de Berou. & S. de Burgo  
Guarin. Canonici Carnotensis.

Epi. 12.  
De interdicto  
proposito ab E-  
piscopo Aut-  
oritatis.

**C**um venerabilis frater noster Aurelianensis Episcopus dioecesim suam sapposuerit ecclesiastico interdicto, & Capitulum sancti Aniani illud neglexerint observare, sed interdictos ab ipso receperint ad divina, sublimi voce, pulsatis campanis, & apertis januis celebrantes, idem Episcopus contra eos ad venerabilem fratrem nostrum Trecensem Episcopum & conjudices suos nostras litteras impetravit: qui Ecclesiam sancti Aniani interdicti sententias supponentes, Decanum & ejusdem loci Capitulum ab officio suspenderunt, eosdem in expensis quas Episcopus fecerat condemnando. Vnde dilectus filius R. de Noa procurator ipsius Episcopi postulabat ut praefatas sententias dignaremur apostolico munimine roborare. Verum B. & R. procuratores ejusdem Capituli ex adverso proposuere in nostra praetentia constituti quod cum praefata Ecclesia sedi apostolica sit immediate subjecta, sicut appetit per privilegia Pontificum Romanorum, non tenebantur interdictum ejusdem Episcopi observare. propter quod, ne super hoc posse ab Episcopo prægravari, nostram auctoriam appellarent. Et licet non receperint scienter ab ipso interdictum aliquem ad divina, nihilominus tamen Episcopus eorum homines & Ecclesiæ supposuit interdicto, eis divina penitus interdicens. Verum cum praefata litteræ, quas Episcopus impetravit ad judices supradictos, falsitate suggesta & veritate tacita fuerint impetratae, & ab eisdem judicibus legitimas exceptiones admittere recusantibus fuerit ad fidem apostolicam rationabiliter provocatum, sententias latas, propter appellationis objectum, petebant penitus irritari. Nos autem utrius partis providere volentes, discretioni veltræ per apostolica scripta mandamus quatinus cum procuratores prædictorum Decani & Capituli promiserint coram nobis sub pena centum librarium, pro qua obligaverunt præbendas suas quas habent in Ecclesia memorata, quod dicti Decanus & Capitulum vestro parebunt mandato, si hoc ipsi ratum habuerint, vos auctoritate nostra sublatu appellationis obstaculo relaxetis omnes sententias in ipsis & Ecclesiæ homines eorum hac occasione prolatas, ac deinde inquisita & cognita veritate, si illos culpabiles inveneritis, faciatis ipsis subla-

to cujuslibet contradictionis & appellatio-  
nis obstaculo præfato Episcopo satisfactionem debitam exhibere; ita quod interdi-  
cto durante alta voce non celebrent, sed  
submissa, januis clausis, non pulsatis cam-  
panis, ac excommunicatis & interdictis  
exclusi. Alioquin prenam promulgam à  
dictis procuratoribus exigatis, & senten-  
tias nihilominus usque ad satisfactionem  
condignam faciatis appellatione remota  
per censuram ecclesiasticam firmiter obser-  
vari. Testes autem &c. usque subtraxerint,  
per censuram eandem cellante appellatione  
cogatis veritati testimonium perhibere.  
Nullis litteris obstantibus præter assensum  
partium à sede apostolica impetratis. Quid  
si non omnes &c. duo vestrū ea &c. Da-  
tum Laterani xvi. Kal. Aprilis, pontifica-  
tus nostri anno decimo quinto.

## POTESTATI ORTANENSI.

**C**um bona memoria M. socii nobis  
lium virorum Cazaguerre de Orta,  
B. de Canalio, I. Raynaldi, & P. Iaczo-  
nis, castra Bafaneili, Palatoli, Bassani,  
& Aliani ab Ecclesia Romana in feudum  
tenuerit, & ex illis percepit multa bona,  
ipsi prædicta castra post ejus obitum pro-  
suæ voluntatis arbitrio detinentes, ad no-  
stram præsentiam, ut nobis responderent  
de ipsis, accedere noluerunt, cum exinde  
fecerimus requiri eosdem. Quia vero id  
nolumus in patientia suslinere, ne jus Ec-  
clesiae Romanae negligere videremur, eis-  
dem nobilibus nostris dedimus litteris in  
mandatis ut usque ad Cathedram beati  
Petri proximò præteritam, quem eis ter-  
minum peremptorium assignavimus, res-  
ponsuri nobis de castris ipsis nostro se con-  
spectui præsentarent, dilecto filio Cynthio  
de Insula nostris dantes litteris in mandatis  
ut si prædicti nobiles eodem termino ad  
nostram præsentiam non venirent, eadem  
castra nostro nomine recipere non differ-  
ret. Univeris insuper hominibus corun-  
dem castrorum injunximus ut eidem ex  
tunc de castris ipsis ad nomen & opus nos-  
trum respondere curarent. Quocirca dis-  
cretioni tuae per apostolica scripta manda-  
mus quatinus eidem Cynthio ad manda-  
tum apostolicum exequendum tuum præ-  
stes auxilium & favorem. Datum Laterani  
xiiii. Kalend. Aprilis, pontificatus nostri  
anno decimo quinto.

Epi. 13.  
Contra nobis  
item quandam  
detincentem ca-  
stra Ecclesie.

Tom. II.

G G g ij